UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Serapione abbate. Cap[itulum]. ccxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

die altero ita illeſus inuentus eſt: vt nec caro
eius: nec extrema veſtimenta vllo modo crema
rentur. hec Grego. iiij. dialo. cap. xviij.

¶ De ſancto Serapione abbate. Cap. ccxvij.

SErapion abbas vt
in octauo libro hyſtorie triparti-
te: ⁊ in vitis patrum habet: fuit
in regione arſenoite pater decē
milium monachoꝝ: de labore ma
nuum victum querentiū quotidianū. Tempore
autē meſſis omnes ad metendū precio condu-
cebātur: ⁊ quicquid acquirere potuiſſent indi-
gentibus regionis et alexandrie carceratis ac
peregrinis in eoꝝ neceſſitatibus expendebāt.
Hic tēpore iuuētutis exiſtens monachus: poſt
menſam cōmunem panē furabatur: quam ſero
latenter comedebat. Tandē ad coꝛ rediens: ab
bati peccatum confeſſus eſt: mox ex ore eius
quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureū
exhalauit. Hic ſola vnica ſyndone amictus: pa
ne tantum pro cibo ⁊ aque potu contētus: nihil
aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum aūt ſemel ami
ctum ſuum pauperi tribuiſſet: ⁊ alteri nudo ob
uians tunicā dediſſet euangeliūq; tenens nu-
dus ſederet. Interrogatus quis eum expoli-
aſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat.
Alias inſuper pauperem tertium videns euan
gelium ipſm vendidit: ⁊ pauperi precium dedit:
dicens ꝙ euangelium omnia precipit vendi: et
pauperibus dari. Seipſm ergo euangelium vē
di mandat. ¶ Alio tempore exiſtens in quodā
oppido paganoꝛum: ſeipſm eis vendidit: quos
poſtq̄ verbo et exemplo conuerterat: reddito
precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacede-
monia apud athenas: ſeipſm vendens vni pri-
mario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: quod et
fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo kalēdas
aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſctō aphrodiſio epō ⁊ cōfeſ. Cap. ccxviij.

APhrodiſius genere
egyptius prefectus toti⁹ egypti
erat tempore quo puero ieſu egy
ptum fugato: ⁊ in tēplo deoꝛum
delato idola omnia coꝛruerunt.
Quod cū aphrodiſius tunc prefectus audiſſet
ad phanū in quo ſimulachra euerſa fuerant ac-
ceſſit: ⁊ viſo puero ieſu eū adoꝛauit: ipſmq; vna
cū parentibus a furoꝛe pontificum idoloꝝ eos
in deoꝛū ſuoꝛum vltionem occidere volentiū vi
riliter defenſauit. Et extunc in xp̄m quaſi per
ſomniū credidit. Sed poſt aſcenſionē domini
cum predicatio euangelij ad egyptum perue-
niſſet: prefecturam deſerens antiochiam venit:
⁊ ibi baptizatus atq; beati petri diſcipulus fa-
ctus eſt. Cū quo poſtmodū romā iuit. A quo et
directus eſt ad gallias predicādas. Qui etiam
ibidem ſancto paulo ſergio epō narbonē̄. ſe
aſſociauit. A quo oꝛdinatus bituricenſis ep̄us
ad ipſam ciuitatē deuenit: vbi multo tp̄e officio
p̄dicatiōis inſiſtēs ⁊ miraculoꝝ glīa refulgēs:
oēm pplm eiuſdē vrbis xp̄i noī ſubiugauit. Et
v̄tutib⁹ ac etate matur⁹ in dn̄o q̄euit. xi. kal. ap
lis. Et ſepult⁹ eſt in eccl̄ia ſua ſignis clareſcēs.

¶ De ſctō Victoꝛiano martyre. Cap. ccxix.

VIctoꝛianus adru-
mētine ciuitatis nobilis: vt di-
cit aphrican⁹: a quodā p̄cōſule
carthaginis q̄ null⁹ in pſecutio
ne eccl̄ie durioꝛ fuit: dū idolis
imolare cogeret: ⁊ oīno renue-
ret. p̄mo reb⁹ ſpoliat⁹: deinde tātis toꝛmētoꝛū
generib⁹ cruciat⁹: quāt⁹ hūanus ſmo nō pote-
rit explicare: feliciter tripudians martyꝛiū in
eadē vrbe ꝯſumauit. x. kal. aplis. ħ aphrican⁹.

¶ De ſanctis Frumentio ⁊ alio frumētio
martyꝛibus. Cap. ccxx.

GErmani duo quoꝛū
vterq; frumētius vocabat aquiſ-
regien. in ciuitate oꝛiūdi apud ra
baden. oppidū paſſi ſunt. Qui ſi-
bijnuicē iurauerūt toꝛtoꝛes roga
re: vt ſemp pari ſupplicio toꝛquerentur. Tenti
igitur a paganis cū die integro pēderēt ſuſpē
ſi molis in pedibus alligatis: vnus eoꝝ ſe depo
ni petijt: ⁊ inducias ſibi dari. Sed ab altero cō
foꝛtatus: ⁊ penitens toꝛtoꝛes rogabat: vt lapi-
des maioꝛes adijcerēt. Deinde ambo laminis
ignitis eſtuati: ⁊ poſt hec vngulis exarati: mul
tis quoq; cruciatibus vexati: ab ipſis toꝛtoꝛib⁹
tedio derelicti: et a facie eoꝝ proiecti ſpiritum
dn̄o reddiderunt. x. kalen. aprilis.

¶ De ſanctis duodecim infantulis
martyꝛibus. Cap. ccxxi.

DVodecī in
fantuli apd̄ aphri
cā ſub pſecutione
vādalica paſſi ſūt.
Qui ab arrianis de nūero con
feſſoꝛū xp̄i ſegregati: nō ſpū:
ſed coꝛpe: ſuggerēte q̄dā teu
chario heretico: q2 ipſos noue
rat ad cātilenā vocales ac ſtre
nuos: carthaginē deducti ſūt:
vbi primo: q2 pueruli blāditijs ſuaſi: dū arria-
ne fidei conſentire nollent: duriſſimis verberi-
bus tādiu ceſi ſunt: quouſq; ſpiritū emiſerunt:
ibidemq; quaſi in numero apoſtoloꝛu3 ſepulti.
Quoꝛu3 exēplo duo negociatoꝛes quoꝝ vterq;
frumētius dictus eſt: ⁊ quinq; eiuſdē monaſte-
rij fratres: ſcz liberatus abbas: bonifacius dia
conus: ruſticus ſubdiaconus: rogatus: ⁊ mari-
mus monachi pro fide catholica martyꝛiū ptu
lerunt. Qui paſſi ſunt. x. kalen. aprilis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN